ENGELBERTUS ADMONTENSIS

Klosterneuburg, 1384 Seite 229r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



spirat ás· tam diu uiuit ad huc· sic quam diu
in aliquo hoie aliq desiderium boni uidemus· de
uita gre psumimus· Vnde de talibus dicit ap· i· Cor· xij
Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem· Iste
manifestatur per calorem· quia quam diu calorem in aliquo
perpendimus· ad hoc ipsum uiuere dicimus· quia uita stat
in calido· Sic quam diu aliquem caritatiuum uidemus
per signa cuiuscumque operis de uita gre psumimus· quia
uita gre radicatur in caritate· quia dicit iac· ij· Fides
sine operibus mortua est· Fides autem non operatur nisi per
dilectionem· sic dicit i· Cor· xiij· Et manifestatur per motum
quia quam diu ás mouetur· tam diu uiuere cognoscitur
Sic quam diu ás mouetur et flectitur ad uerbum admonitionis
et predicationis de salute eius psumimus· quia mor
tuus insensibilis et immobilis efficitur· Ie· iiij· Percussi
eos et non doluerunt· Ps· Aures habent et audiunt· nec ei
est spiritus in ore ipsorum· Hec autem conditio pertinet ad uitam
gre· non ad statum glie· Secundo exigitur quod uita uera
sit libera non captiuata nec incarcerata· et hec conditio
respicit statum glie· Prius enim uita non est libera sed
captiuata in lege peccati· et incarcerata in membris pec
cati· Vnde dicit Ro· vij· Infelix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius· Amb· Quam diu in regione umbre
mortis sumus abscondita est uita nostra non libera· et
autem libera in regione uiuorum in qua iustus fiduciam
assumit domino complacendi· ut placeat deo in regione
uiuorum· Tercio exigitur ut uita uera sit valida non in
firma· quia morbus et mors sunt uicina ex eo quod morbus
est causa et uia ad mortem· Ps· Fortitudinem meam ad te
cus· Ps· Fortitudo mea et refugium meum es tu· Amb· Sibi
uere uiuit anima nostra ubi nichil infirmum amicta fuerit
Quarto exigitur ut uera uita sit beata et non miseria· Hec
beatitudo habet duas partes integrales· scilicet electionem per gratiam
et assumptionem in gloriam· Ps· Beatus quem elegisti et assump
sit· Amb· Sibi plene laudabit anima nostra dominum ubi
deposito corpore mortis huius conforme corpus receperit

claritatem corporis ihesu christi· anima mea· scilicet non ps· Saluti
potentia anime ut beatitudo uite eterne ad totam animam
referatur· quia sicut gratia ita et gloria respicit ipsam substantiam
anime· Ps· Qui posuit animam meam ad uitam· Ps·
Benedic anima mea domino et omnia que intra me sunt nomini sancto
eius· Quia enim glorificata uidendo deum uiuit· quia
deum uidere est ipsum beate uiuere· ergo quia tota beata et beatifica
ta uiuit· tota deum uidebit in seipsa· deinde in deum tota
recollecta et adunata· et eo ad unita uidebit deum
in seipso ¶ Et laudabit te· Ps· Super magnitudine
potentie in euasione malorum· Ps· Gaudebunt labia
mea dum cantauero tibi et anima mea quam rede· Secundo super
multitudine mee in adeptione bonorum· Ps· Quoniam tu
domine suauis es et multe mee omnibus inuocanti te
Tercio super dulcedine gre in superrogatione beneficiorum
quia sicut dicit Ro· viij· Non sunt condigne pasiones huius temporis
ad superuenientem gloriam· Et iudicia tua adiuua
bunt me· Qualiter iudicia dei adiuuent saluandos
Ad hoc sciendum est quod retributio diuina quantum ad premium
beatitudinis· Primo est equa et iusta· quia pensat meritum· ij· Thes
ij· Iustum est apud deum retribuere· Secundo
est gratuita quia addit ultra debitum· Mt· xx· Volo
huic nouissimo dare sicut et tibi· Tercio ut super efflu
ens et superaddita quia premiat ultra condignum· Ro·
viij· Non sunt condigne pasiones· Nulla autem diuina
retributio fit sine certo et uero iudicio· Deut· xxxiij·
Omnes uie eius iudicia· Primo ergo retributionem equam
que pensat meritum adiuuat iudicium precedens ex de
certo diuine equitatis et iusticie· Ps· In iusticia
tua liberabis me· Sunt in equitate tua uiuifica me· Vnde
Amb· Adiuuant iudicia dei sanctos cum bonis operi
bus confertur remuneratio uite eterne· Et retributionem gratui
tam que addit ultra debitum adiuuat iudicium
precedens ex decreto diuine caritatis et gre· Ie· iiij· In
caritate perpetua dilexi te· Ro· v· Vbi habundauit
delictum super habundauit et gratia· Amb· Adiuuant iudi

Et laudabit te

Retributio